

1. Tunc stabunt iusti in magnâ constantiâ adversus eos, qui ipsos angustiaverunt.

2. Videntes autem (damnati) turbabuntur timore horribili gementes piæ angustie spiritus.

3. Dicentes intra se. Hi sunt, quos habuimus aliquando in derisum & in similitudinem improprii.

4. Nos insensati vitam illorum aestimabamus insaniam, & finem illorum sine honore.

5. Eccè quomodo computati sunt inter filios Dei & inter sanctos illorum est?

6. Ergò erravimus à viâ veritatis & iustitie lumen non illuxit nobis & sol intelligentie non est ortus nobis, &c.

14. Talia dixerunt in inferno qui peccaverunt.

(Dicitur hæc Prosopopœia directâ & plena. Hæc enim personas sua ipsarum oratione directè loquentes introducimus, nostramq; ipsis loquelam affingimus, non aliter ac si ipsamet coràm presentes adessent, & ex ore suo proferrent. In hac autem Prosopopœia tria sedulo notabuntur. 1. Accessus ad eam. 2. Ipsa prosopopœia. 3. Recessus ab ea. Accessus est præambulum seu apparatus ad prosopopœiam. Recessus est persona depositio ac decora prosopopœia clausula. Sic in allato exemplo accessus & apparatus est ad speciem quandam prælusionis in v. 1. & 2. Vox & oratio damnatorum recensetur à v. 3. usque ad 14. Vbi ipsa prosopopœia incipit, qua damnati, ac si coràm presentes loquerentur, exclamare finguntur. Recessus seu depositio Prosopopœia ponitur v. 14. Semper in accessu & recessu

recessu